Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs II. Scena I.

urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

Prior Dimeter eſt trochaicus, alter eſt Dimeter catalecticus, in penultima duas breues habens pro longa. Poteſt tamen totus eſſe Iambicus ſi legas:
Adeò vt inuenuſtum, elidas u conſonantem.

II. *Iambicus tetrameter catalecticus penultima longa.*

III. *Sunt duo Dimetri catalectici, poſterior habet duas breues in penultima pro longa.*

IIII. *Hic ſenarius perficitur initio proximæ Scenæ: Quid ais Byrrhia?*

ACTVS II. SCENA I.

CHARINVS *adoleſcens*, BYRRYA *ſeruus*, PAMPHILVS *adoleſcens.*

Qvid ais Byrrhia? daturnè illa hodie Pamphilo
Nuptum? By. ſic eſt. Ch. qui ſcis? By. apud forum modò.
De Dauo audiui. Ch. uæ miſero mihi, vt animus in
Spe atq; timore, vſq; antehac attentus fuit,
Ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus cura confectus ſtupet. *(Tetrametri iambici.*
By. Quæſo ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis
Non poteſt, id velis, quod poſsit. Ch. nihil aliud volo niſi
Philumenam By. ah quanto ſatius eſt,
Te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo id moueas tuo,

Vt in fabula maior ſit varietas, inſeritur alter adoleſcẽs diſsimilis Pamphili, ac parũ cordatus.
Dimet. eſt ſenarius
Monomet.
Duo trochaici tetrametri.

Quàm

Quàm id loqui, quò magis libido fruſtra incendatur tua.

Iambici tetrametri. Ch. FACILE OMNES, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus.

Tu hic ſi ſis, aliter ſentias. B. age, age, vt lubet, Ch. ſed Pamphilum

Video, omnia experiri certum eſt, priuſquam pereo. By. Quid hic agit?

Ch. Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo, amorem huic narrabo meum:

Alias, prodat. Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptijs proferat dies.

Interea fiet aliquid ſpero. By. Id aliquid nihil eſt, Ch. Byrrhia,

Quid tibi videtur? adeon' ad eum? By. Quidni? ſi nihil impetres,

Vt te arbitretur ſibi paratum mœchum, ſi illam duxerit?

Trimeter. Ch. Abi hinc in malam rem cum ſuſpicione iſthac ſcelus.

Pa. Charinum video: ſalue. Ch. ô ſalue Pamphile,

Alij, aduenio, ex Priſciano. Ad te venio ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens.

Pa. Neq; pol conſilij locum habeo, neq; auxilij copiam.

Trimeter. Sed iſtuc quidnam eſt? Ch. hodie vxorem ducis?

trochaicus. Pa. aiunt. Ch. Pamphile.

Si. id

Si id facis hodiè poſtremum me vides. Pa. quid ita? Ch. hei mihi,
Vereor dicere, huic dic quæſo Byrrbia. By. ego dicã. Pa. quid eſt?
By. Sponſam hic tuam amat. Pa. næ iſte haud mecum ſentit, ehodum dic mihi.
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine? Ch. ah Pamphile,
Nihil. Pa. quàm vellem. Ch. nunc te per amicitiam, & per amorem obſecro
Principio vt ne ducas. Pa. dabo equidem operam. Ch. ſed ſi id non poteſt
Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi. Pa. cordi? Ch. ſaltem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquò, ne videam. Pa. audi nunc iam: *Si diuidis iam, verſus conſtat.*
Ego Charine neutiquam officium eſſe liberi puto,
(Iambici tetrametri, niſi elidas u in poſtulare.)
Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ adponi ſibi.
Nuptias effugere ego iſtas malo quã tu adipiſcier
Ch. Reddidiſti animum. Pa. nunc ſi quid potes, aut tu, aut hic Byrrhia,
Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi.
Ego id agam, mihi qui ne detur. Ch. ſic habeo. Pa. Dauum optimè
Video cuius conſilio fretus ſum. Ch. at tu hercle haud quidquam mihi,

Trochai. In opus eliditu s.

Niſi ea, quæ nihil opus ſunt ſcire, fugin' hinc? By. ego vero, ac lubens.

ACTVS II. SCENA II.

Trochaici tetrametri.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS

Dauus dat conſilium, quod ſecus cadit, ac ſpe rauerat: Et Pamphilo laqueũ iniĳcit, vnde po ſtea cõſiliũ explicare non poteſt, ſed caſus explicat vt ſæpe ſit in communi vita ldq; voluit Poeta ſignificare.

Dii boni, boni quid porto? ſed vbi inueniam Pamphilum.
Vt metum, in quo nunc eſt adimam, atq; expleam animum gaudio?
Ch. Lætus eſt, neſcio quid Pa. nihil eſt, nondum hæc reſciuit mala.
Da. Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias.
Ch. Audin' tu illũ? Da. toto me oppido exanimatũ quærere.
Sed vbi quæram? aut quò nunc primum intendam, Ch. ceſſas alloqui?
Da. Abeo. Pa. Daue ades, reſiſte. Da quis homo eſt, qui me? ô Pamphile,
Teipſum quæro, euge ô Charine: ambo opportunè: vos volo.
Pa. Daue periĳ. Da. quin tu hoc audi. P. interĳ. Da. quid timeas, ſcio.
Ch. Mea quidem hercle certè in dubio vita eſt. Da. & quod tu, ſcio.
Pa. Nuptiæ mihi. Da. & id ſcio. Pa. hodie. Da. obtundis, tametſi intelligo.

Id pa-